

Hec uero hoc solum natura iure gentium sed etiam
legibus populorum quibus insimulis ciuitatibus
Res puerum continentur: et de modo constitutus:
ut non liceret sui comodi causa nocere alteri.

Hoc n. spectant leges hoc uolunt: in columnem esse
ciuium coniunctionem: qua qui dirimunt: eos mo-
te: exiliis: uinculis damno coherent.

A tempore hoc multo magis exigit ipsa nature ratio
que est lex diuina: & humana: cui parere qui
uelit: omnes autem parebunt qui secundum naturam
uolent uiuere: nunquam commiscetur: ut alienum appetat:
& id quod alteri detraheret sibi assumat.

Detrahere autem alteri sui comodi causa: magis
est contra naturam quam mors quam dolor quam cetera
generis eiusdem.

Tempore magis est secundum naturam: pro omnibus
gentibus si fieri possit conseruandis aut
iuuandis maximos labores molestiasque
suscipere: imitantes Herculem illum quem
hominum fama beneficiorum memor in conci-
lio celestium collocauit: qui uiueri in solitudine:
non modo sine ullis molestiis: sed etiam
in maximis uoluptatibus: abundantem
omnibus copiis: ut excellas etiam pulchri-